In Claudio reticentia pro domo sua damnata.

officeret auspicis. Claudius proscripsit insula & uēdidit, emit P. Calphurnius Lanarius. Huic ab auguribus illud idem denunciatum est. Itaq̃ Calphurnius cū demolitus esset, cognouissetq̃ Claudium eades postea proscripsisse, q̃ esset ab augu-

OFFICIORVM LIBER III.

195

auguribus demoliri iussus, arbitrum illum adegit, quicquid sibi de ea facere oporteret, ex fide bona. M. Cato sententiam dixit. Huius nostri Catonis pater (ut em̄ ceteri ex patribus, sic hic qui illud lumen progeniuit, ex filio est nominandus.) Is igitur iudex ita pronunciauit, cum inueniundando rem eam scisset, & nō pronunciasset, emptori damnum prestari oportere. Igitur ad fidem bonā statuit pertinere, notum esse emptori uitium, quod nosset uenditor. Quod si recte dñdicauit, nō recte frumentarius ille, non recte ædium pestilentium uenditor tacuit. Sed huiusmodi reticentiæ iure civili omnes comprehendendi non possunt. Quæ autē possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus propinquus noster C. Sergio Oratæ uendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Hæc Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat: Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus urgebat, quod uitium uenditor non dixisset, sciens id oportere præstari. Aequitatem Antonius, quoniā id uitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes uēdidisset, nihil fuisse necesse dici, nec eum esse deceptum, qui id quod emerat, quo iure esset teneret. Quorsum hæc: ut illud intelligas, nō placuisse maioribus nostris astus. Sed aliter leges,

Arbitrum
adegit, id
est, uoca-
uit ad ar-
bitrum.

admissis Epitome:

bas infestissim

Repetitio prædicti

qz leges no possit

ferri quod in

prædictis

factis & singulis

casibus: sed

generatim

leges promittunt

ad quod fuit

hæc facta referenda

Seruiebant,

id est, des-

bebant ser-

uitutem.

Rigor iur-

is,

uolere

Aequitas,

pinde di-

xit urge-

bat, id est,

premebat.

Quid in-

N 5 aliter

1. *leges*
et philosophorum dogmata.
facta est ut in officio
phidias at
malecandis
est apud
apud spem
in li mo

Nam attomo
et at bene tota
supplata
legis mal
formidit
agiles
distun
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Ius gentiū
iūs civile
continet,
nō cōtra.
Turis for-
mula à di-
uina & na-
turali ra-
tione du-
ctz.

est formula
cōtra pla-
modis

aliter philosophi tollunt astutias. Leges, quate-
nus manu tenere res possunt. Philosophi, quate-
nus ratione & intelligentia. Ratio igitur hoc
postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulate, ne
quid fallaciter. Sunt ne igitur insidia, tendere
plagas, etiam si excitaturus bestiam nō sis, nec
agitaturus. Ipse em̄ feræ nullo insequente sæ-
pe incidunt. Sic tu cum ædes proscribas, tabulā
tanq̃ plagam ponas, domum propter uitia uen-
das, in eam aliquis incurrat imprudens. Hoc
quanq̃ uideo propter deprauationem consuetu-
dinis, neq; more turpe haberi, neq; aut lege san-
ciri, aut iure ciuili, tamen naturæ lege sancitum
est. Societas est enim (quod etsi sæpe dictum
est, dicendū tamen est sapius) latissime quidem
quæ pateat, omnjū inter omnes interior eorū,
qui eiusdē gentis sunt, propior eorū, qui eius-
dem ciuitatis. Itaq; maiores aliud ius gentiū,
aliud ius ciuile esse uoluerunt. Quod enim ciui-
le, non idem continuo gentium, quod autē gen-
tium, idē ciuile esse debet. Sed nos ueri iuris ger-
manæq; iustitiæ solidam & expressam effigiem
nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur,
eas ipsas utinā sequeremur. Feruntur enim ex
optimis naturæ & ueritatis exēplis. Nam quan-
ti uerba illa? Vt ne propter te, fidē tue tuā ca-
ptus fraudatulus sim? quā illa aurea? ut inter
bonos bene agi oportet, & sine fraudatiōe. Sed
qui

OFFICIORVM LIBER III.

qui sint boni, & quid sit bene agi, magna qua-
 sitio est. Quidem Scaeuola pontifex maximus
 summam uim esse dicebat in omnibus his arbi-
 trijs, in quibus adderetur, ex fide bona. Fidei
 bonae nomen existimat manare satissime. Idque
 uersari in tutelis, societatibus, fiducijs, manda-
 tis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis,
 quibus uita societatis continetur. In his magni
 esse iudicis statuere, praesertim cum in plerisque
 essent iudicia contraria, quid quenque cuique
 prestare oporteret. Quocirca astutiae tollende
 sunt, eaque malicia, quae uult illa quidem uide-
 ri se esse prudentiam, sed abest ab ea distatque
 plurimum. Prudentia est enim locata in dele-
 ctu bonorum & malorum, malitia si omnia quae
 turpia sunt, & mala sunt, mala bonis * antepo-
 nit. Nec uero in praedijs solum ius civile du-
 ctum a natura, malitiam fraudemque uindictat,
 sed etiam in mancipiorum uenditione, uendi-
 toris fraus omnis excluditur. Qui enim scire de-
 buit de sanitate, de fuga, de furtis, is prestat edi-
 cto aedilium. Haereditum alia est causa. Ex quo
 intelligitur quoniam iuris natura fons sit, hoc
 secundum naturam esse, neminem id agere, ut
 ex alterius praedict incitum. Nec ulla pernici-
 uita maior inueniri potest, quam in malitia simula-
 tio intelligitum. Ex qua illa innumerabilia nascun-
 tur, ut utilia cum honestis pugnare uideantur.

Quo-

est qm magna ille osha ad p' cau
d'p' m' tati q, v. 4

198

M. TVLLII CICERONIS

Quotus enim quisq; reperietur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita abstinere possit iniuria? Periclitemur (si placet) & in his quidem exemplis, in quibus peccare vulgus ho-

34 minum fortasse nō putat. Neq; em̄ de ficiarijs, ueneticis, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco differēdum est, qui non uerbis sunt & disputatione philosophorū, sed uinculis & carere fatigandi. Sed haec consideremus, quae faciunt hi, qui habentur boni. L. Mutij Basilij lo-

cupletis hominis falsum testamētum quidem ē Græcia Romam attulerunt. Quod quō facilius obtinerent, scripserūt hæredes secum M. Crassum, Q. Hortensium, homines eiusdem ætatis potentissimos, qui cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscij culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiauerunt.

Quid ergo? satīn' hoc est, ut non deliquisse uideantur? Mihi quidē non uidetur, quanq̄ alterū amaui uiuum, alterum non odi mortuum. Sed cum Basilius M. Satyrium sororis filium nomē suum ferre uoluisset, eumq; fecisset heredē, hunc dico patrōnum agri Piceni, & Sabini (ō turpem notam remponi illorum) non erat æquum principes ciuis rem habere, ad Satyrium nihil præter nomen peruenire. Etenim si is, qui non defendit iniuriā, neq; propulsat à suis, cum potest, iniuste facit, ut in primo libro disserui, quā-

lis

Testamen
tū falsum.
Notati
Crassus &
Horten-
sius.

falsus est
p'p'rius h
in ead' g'ram
mutuo

3 rem
et b'g
m' d'g

ad b'g
m' d'g
m' d'g

OFFICIORVM LIBER III.

199 *in m. 12*

lis habendus est is, qui non modo non repellit;
 sed etiam adiuvat iniuriam? Mihi quidē etiam Heredipeo
 ueræ hæreditates non honestæ uidentur, si sint tē turpes.
 malitiosis blanditijs officiorū, non ueritate, sed
 simulatione acquisitæ. Atqui in talibus rebus aliud
 aliud utile interdū, aliud honestū uideri solet fal-
 sū. Nam eadem utilitatis, quæ honestatis est re-
 gula, qui hoc nō peruiderit, ab hoc nulla fraus
 aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans: Est
 istud quidē honestum, uerum hoc expedit, res
 à natura copulatas auidebit errore diuellere, q-
 uis est fraudum, maleficiorū, scelerum omniū.
 Itaq; si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis
 cōcrepauerit, possit in locupletū testamenta no-
 men eius irrepere, hac ui non utatur, nec si ex-
 ploratum quidē habeat, id omnino neminē un-
 q̃ suspicaturum. At si dares hanc uim M. Crasso,
 ut digitorū percussione heres posset scriptus es-
 se, qui reuera non esset hæres, in foro mihi cre-
 de, saltaret. Homo autē iustus, & is quem senti-
 mus uirum bonum, nihil cuiq̃ quod in se transfe-
 rat, detrahet. Hoc qui admirat, is se quis sit uir
 bonus, nescire fatetur. At uero si quis uoluerit
 animi sui complicatā notionem euoluere, iam
 se ipse doceat eum uirū bonum esse, qui profit,
 quibus possit, noceat nemini, nisi laceffitus iniu-
 ria. Quid ergo hic non nocet, qui quodam qua-
 si ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in-
 eorum

Supini & lilia tūm
quibus lo-
qui non li-
beret digi-
tulo crepi-
tates quip-
piā signifi-
cabant.

87
bonum
1. nihil facit in
2. comodo alioq.

88
penitus.

Notionē
formā & boni uir-
speciem
dicat.

88
88

Responso

pro spoliis facere
fuit enim spolio
veto forma actio
q. fides
De patre
pro a pa
tre inusi
tatiu.
h. n. e. p. o. r. a
p. p. - l. a. i. o. n. e
v. e. r. p. e. n. g.

eorum locum ipse succedat? Non ergo faciat,
dixerit quis, quod utile sit, quodque expediat,
imò intelligat nihil nec expedire nec utile esse,
quod sit iniustum. Hoc qui nō didicerit, bonus
uir esse nō poterit. Fimbriā consularem audie-
bam de patre nostro puer iudicem M. Lutatius
Pythiē fuisse equiti Romano sanē honesto, quū
is sponsonē fecisset, ni bonus uir esset. Itaq. ei
dixisse Fimbriā se illam rem nunq. iudicaturū,
ne aut spoliaret fama probatū hominem, si con-
tra iudicasset, aut statuisse uideretur uirum bo-
num aliquem esse, cum ea res innumerabilibus

Exaggera-
tio est a
Socrate ad
Fimbriā,
a Fimbriā
ad rusti-
cos.

Responso

Lusus ge-
nus erat
micatio,
digitis re-
pente mo-
tis.
Cicero de
diuinatione:
Quid
est enim
fors? Idem
propomo-
dū quod
micare, qd
talos iacer

officijs & laudibus cōtineretur. Huic igitur ui-
ro bono, quem Fimbria etiam, nō modo Socra-
tes nouerat, nullo modo uideri potest quicq. es-
se utile, quod non honestū sit. Itaq. talis uir nō
modo facere, sed nec cogitare quidem quicq. au-
deat, quod non audeat pradicare. Hæc nōne
est turpe dubitare philosophos, quæ ne rustici
quidem dubitent? a quibus natum est id quod
iam tritū est uetustate prouerbij: Quum enim
fidem alicuius bonitatemq. laudat, dignū esse
dicunt, qui cum in tenebris mices. Hoc quam ha-
bet uim nisi illā, nihil expedire qd non deceat,
etiam si id possis, nullo refellēte obtinere. Vi-
desne igitur hoc prouerbio, neq. Gygi illi posse
ueniam dari, neq. huic quem paulo ante finge-
bam digitorū percussione hereditates omnium
posse

posse cōsultere. Vt enim qd turpe est, id quis
 occultetur, tamē honestum fieri nullo modo po-
 test, sic quod honestum non est, id utile ut sit, ef-
 fici non potest, aduersante etiam & repugnantē
 natura. At em cum permagna prēmia sunt, est
 causa peccandi. C. Marius cum a spe consula-
 tus longe abesset, & septimum annum post pre-
 turam iaceret, neque petiturus unquam consu-
 latum uideretur, Q. Metellum, cuius legatus
 erat, summum uirum, & ciuem, cum ab eo impe-
 ratore suo Romam missus esset, apud popu-
 lum Romanum criminatus est, bellum illud du-
 cere, si se consulem fecissent, breui tempore aut
 uiuum, aut mortuum Iugurtham se in potesta-
 tem populi Romani redacturū. Itaq; factus est
 ille quidem consul, sed à fide iustitiāq; discessit,
 qui optimum & grauissimum ciuem, cuius lega-
 tus, & à quo missus esset, in inuidiam falso cri-
 mine adduxerit. Nec noster quidem Gratidia-
 nus officio boni uiri functus est, tunc cum præ-
 tor esset, collegiūque prætorum tribuni ple-
 bis adhibuisse, ut res numeraria de commu-
 ni sententia constitueretur. Iactabatur enim re-
 poribus illis pynimus, sic ut nemo posset scire
 quid haberet. Conscripserunt communiter edi-
 ctum cum pœna atque iudicio, constitueruntq;
 ut omnes simul in rostra post meridiem cōscen-
 derent, & ceteri quidem alius alio, Marius
 à sub-

re, quod

Citat idē

adagm &

in secūdo

de Finibus

libro.

Noratus

Marius q

cōsulatus

gratia ab

officio re-

cesserit.

Notatus

Gratidia-

nus, q col-

legarū cō-

munē gra-

tiam ad se

proprie

trātulit.

* Aliās nū-

maria.

no erat

cōst. l. 1.

P. 1.

P. 1.

P. 1.

P. 1.

Ut cum ad à subsellijs in rostra recta, idē quod commu-
miratio- niter cōpositum fuerat solus edixit, & ea res (si
ne, ni ma- quæris) ei magno honori fuit. Omnibus uicis
uis. ^{bonæ} statux factæ, ad eas thus & cerei. Quid multat
Et, qd alij ^{statuæ} scribunt.

Nemo unq̃ multitudini fuit charior. Hæc sunt
quæ cōturbant hoies in deliberatione nōnunq̃,
cum id in quo uiolatur æquitas, nō ita magnū,
illud autē quod ex eo paritur, permagnū uide-
tur: ut Mario, præripere collegis & tribunis

plebis popularem gratiam, nō ita turpe, cōsu-
lem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposue-
rat, ualde utile uidebatur. Sed omniū una regu-

la est, quam cupio tibi esse notissimam. Aut il-
lud quod utile uidetur, turpe ne sit: aut si turpe
est, ne uideatur esse utile. Quid igitur? possu-

mūsne aut illum Marium uirum bonum iudica-
re, aut hunc? Explica atq̃ excute intelligētiam

tuam, ut uideas quæ sit in ea specie, forma & no-
tio uiri boni. Cadit ergo in uirum bonum men-
tiri emolumentum sui causa, criminari, præripere,

fallere? Nihil profecto minus. Est ergo ulla res

tanti, aut cōmodum ullum tam expetendum, ut

uiri boni & splendore & nomen amittas? Quid

est quod asferre tantū utilitas ista, quæ dicitur,

possit? quantū auferre, si boni uiri nomē eripue-
rit fidem iustitiæq̃ detraxerit? Quid enim in-
terest utrum ex homine se cōuertat quis in be-

luam: an hominis figura immanitatem gerat be-
luz?

Explica,
nam supe-
rius cōpli-
carā dixit
notionē.

Explicatio
boni uiri
est nullo melio-
rius, et magis
explicatio

luræ? Quid: qui omnia recta & honesta negli-
gunt, dummodo potentiâ consequantur? Non-
ne id faciūt, quod is, qui etiam socrum habere
uoluit eum, cuius ipse audacia potens esset? Vti-
le ei uidebatur plurimū posse alterius inuidia.
Id q̄ iniustum in patriam, q̄ inutile, q̄ turpe es-
set, non uidebat. Ipse autem socr in ore semper
Græcos uersus Euripidis de Phæniissis habebat,
quos dicam ut potero, incondite fortasse, sed
tamen ut res possit intelligi.

Nam si uiolandum est ius , regnandi gratia
Violandum est, alijs rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles, uel potius Euripides, qui id
unum solum, quod omnium sceleratissimum fue-
rat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus?
hæreditates, mercaturas, uenditiones fraudu-
lentas? Ecce tibi qui rex populi Romani domi-
nusq; omnium gentium esse concupierit, idq;
perfecerit. Hæc cupiditatem si quis honestâ esse
dicit, amens est. Probat enim legum & liberta-
tis interitum, earumq; oppressionem tetram &
detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fa-
tetur honestum non esse, in ea ciuitate quæ libe-
ra fuerit, quæq; esse debeat, regnare, sed ei, qui
id facere possit esse utile, qua hunc obiurgatio-
ne, aut quo potius cõuitio à tanto errore coner-
uelleret? Potest enim (dij immortales) cuiq; esse
utile, sceleratissimum, & tetrissimū patricidium pa-

enim rex Pyrrhus Populo Romano bellum ul-
 trò intulisset, cumq; de imperio cerramen esset
 cum rege generoso ac potète, perfuga ab eo ue-
 nit in castra Fabricij, cui est pollicitus, si præ-
 miū ei proposuisset, se ut clam uenisset, sic clam
 in Pyrrhi castra rediturum, & cum ueneno ne-
 caturum. Hunc Fabricius reducendum curauit
 ad Pyrrhum, idq; eius factū à senatu laudatum
 est. Atqui si speciem utilitatis opinionemq; que-
 rimus, magnum illud bellum perfuga unus, &
 grauem aduersarium imperij iustulisset: sed ma-
 gnum dedecus & flagitium, qui cum laudis cer-
 tamen fuisset, eum non uirtute, sed scelere supe-
 ratum. Vtrum igitur utilius uel Fabricio, qui ta-
 lis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit,
 uel senatui nostro, qui nunq; utilitatem à digni-
 tate seiunxit, armis cum hoste certare an uene-
 nis? Si gloria causa imperium expetendum est,
 scelus absit, in quo non potest esse gloria. Sin
 ipsæ opes expetuntur, quoquo modo non po-
 tuerunt esse utiles cum infamia. Non igitur u-
 tilis illa L. Philippi Q. filij sententia. Quas ci-
 uitates L. Scylla pecunia accepta ex senatusco-
 sulto liberauisset, ut hæc rursus uestigiales essent,
 neq; his pecuniā, quam pro libertate dederant,
 redderemus. Ei senatus est assensus. Turpe im-
 perio, Pyrrarū enim melior fides, quàm sena-
 tus. At aucta uestigialia. Vtile igitur. Quousq;
 O 2 audea

Historia
 Pyrrhime
 dico epi-
 stolam Fa-
 bricio mis-
 sam nar-
 rant.

96

facto
 factum

facto.

Comptato
 quilibet qui
 dicitur et
 d. Ag. et f. a.
 b. i. i.

Enbricit 20 po.
 f. 3. 2. D. i. i. i. i. i.

Renitat. p. i. i. i.
 r. i. a. e. x. e. p. l. a.

Turpis eo
 que nec u-
 tilis L.
 Philippi
 sententia.

Enbricit f. a.
 p. i. i. i. i. i.

amphira
 m. i. i. i. i.

Repos. f. 12
madam con
lutione am

1. ca. 1. m. 1.
Cato per
strictus.

Corps d. 1. 1. 97
fidus.

Repos.
Cicero

Ubi m.
ex. 1.

Turpis o
ratio Cu
rii:
Vincat u
tilitas.

Corrupt. f. 1. 1.
f. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

audebunt dicere, quicq̃ utile qd non honestū
potest autē ulli imperio, qd gloria debet fultū
esse & beneuolentia sociorū, utile esse odium &
infamia? Ego etiam cum Catone meo saepe dis
senſi. Nimis enī mihi uidebatur prefracte arā
rium uestigialiāq̃ defendere: omnia publicanis
negare, multa locns, cum in hos beneficij esse de
beremus, cum illis sic agere, ut cum colonis no
stris soleremus. Eoq̃ magis quod illa ordinum
coniunctio ad salutem Reipublice pertinebat.

Male etiam Curio, cum causam Transpadano
rum æquam esse dicebat, semper autem adde
bat, uincat utilitas, potius diceret, nō esse æqua
quia non esset utilis Reipublicæ, quā cum uti
lem esse diceret, non esse æquam fateretur.

* Nomina facit.) Nomina facit, debita contrahit.
Non licitatore.) Licitator, der et was feylsch.
Nequicquam sapere sapientem.) Μισος σοφιστην οἷον
αὐτὸς σοφός.

C. Sergio Oratæ.) Require hoc ex I. de Oratore.
Sed qui sint boni.) Inter bonos bene agi.
Vt si digitis cōcrepuerit.) Digitorum percussione.

Prouerbiū, id est, leui momento.

Qui cum in tenebris.) Micare digitis, ludi genus est
Cicero de Diuinatione.

* Formulas aliquot & rogatiunculas colligit non
inamēnas, in quibus uidetur aliud hortari utilitas,
aliud honestas.

Plenus est sextus liber de officijs Hecato
nis talium quæstionum. Sit ne boni uiri in
maxima caritate annonæ familiam non alere:
in utranq̃ partem disputat, sed tamen ad extre

num

prima
questio

Repos. d. 1.
H. 1. 1. 1. 1.

num utilitate ut putat officium dirigit, magis
 q̄ humanitate. Querit si in mari iactura facien
 da sit, equi ne preciosi potius iacturā faciat, an
 serui uilis? Hic alio res familiaris, alio ducit
 humanitas. Si tabulam de naufragio stultus ar
 ripuerit, extorquebit ne eam sapiens, si potue
 rit? Negat, quia sit iniurium. Quid dominus na
 uis, eripietne suum? Minime. Non plus, q̄ si na
 uigātem in altum enēcere de naui uelit, quia sua
 nō sit. Quoad em̄ peruentum sit eo, quō sumpta
 nauis est, nō domini est nauis, sed nauigātium.

Quid si in una tabula sint duo naufragi æque
 sapientes, sibi uterq; rapiat, an alter cedat al
 teri? Cedat uero, sed ei cuius magis inter sit uel
 sua, uel Reipublicæ causa uiuere. Quid si hęc pa
 ria in utroq; nullum erit certamē, sed quasi for
 te, aut in dimicando uictus, alteri cedat alter.

Quid si pater fana expilet? cuniculos agat, ad
 ararium indicetne id magistratibus filius? Ne
 fas id quidem est, quin etiam defendat patrem
 si arguatur. Igitur nō patria præstat omnibus
 officijs. Imo uero, sed ipsi patrie conducit pios
 habere filios in parentes. Quid si tyrannidem
 occupare, si patriam prodere conabitur pater,
 silebitne filius? Imo uero obsecrabit patrem, ne
 id faciat, si nihil proficiet, accusabit. Minabitur
 etiam. Ad extremum si ad perniciē patriæ res
 spectabit, patriæ salutē antepōnet saluti patris.

Quæ

8. gho.

Quærit etiã si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat pro bonis? Diogenes ait, Antipater negat, cui poti⁹ assentior.

9. gho.
Fugiens, quod duraturum non sit.

Qui uinum fugiens tendat sciens, debeatne dicere? Nō necesse putat Diogenes. Antipater uiri boni existimat. Hæc sunt quasi controuersiae in iure Stoicorū.

10. gho.

Redhibitiō, cū uenditor rem emptor precium recipit, uerbū est iuriscōsulticium.

Nō ea, quæ nisi dixeris redhibeatur mancipium iure ciuili. Sed hæc, mendacē esse, amatorē, aleatorē, furacem, ebriosum, alteri dicenda uident, alteri nō dicenda uidetur. Si quis aurum uendens orichalcū se putat uendere, indiget ei ne uir bonus aurum illud esse, an emat denario, qd sit millenariū? Perspicuum est iam,

11.

& quid mihi uideat, & quæ sit inter eos philosophos, quos nominaui, controuersia. Pacta &

12.

Exemplo.

Aqua interco, quæ hydrops aut hydro pifis.

promissa semperne seruanda sint, quæ nec ui, nec dolo malo (ut prætores dicere solent) facta sint? Si quis medicamentū cuiquam dederit, ad aquam intercutē pepigeritq; si eo medicamento sanus factus esset, ne illo unq; post uteretur. Si eo medicamento sanus factus sit, & annis aliquot post incidere in eundem morbum, nec ab eo, qui cū pepigerit impetret, ut item eo liceat uti: quid faciendū sit, cum sit is inhumanus, qui non cōcedat uti, nec ei quicq; fiat iniuriæ? Vitæ & salutis consulendum est. Quid si quis sapiens

13.

est, si quis sapiens roga

describit in mos. quod sit in m. h. h.
OFFICIOR VM LIBER III. *100^e p. p. m. m. m.*

rogatus sit ab eo, qui heredem faciat, cum ej te
 stamento ^{interitum} sesterium millies relinquat, ut ante
 quam hereditatem adeat, luce palam in foro
 salter, idq se facturum promiserit, quod aliter
 eum heredem scripturus ille non esset, faciat
 quod promiserat ille, nec ne? promississe nolle,
 & id arbitror fuisse grauitatis: sed quoniā pro
 misit, si saltare in foro turpe ducet, honestius
 mentietur, si ex hereditate nihil ceperit quam
 si ceperit: nisi fortē eam pecuniam in Reipubli
 cæ magnum aliquod tempus, contulerit, ut uel
 saltare eum, cum patriæ consulturus sit, turpe
 non sit. At ne illa quidem promissa seruanda
 sunt, quæ non sunt ab his ipsis utilia, quibus
 illa promiseris. Sol Phaëroni filio (ut redea
 mus ad fabulas) facturum se esse dixit, quic
 quid optasset. Optauit ut in currum patris tol
 leretur. Sublatus est, atque is antequam con
 stitit, ictu fulminis desflagrauit. Quanto me
 lius fuerat, in hoc promissum patris non esse
 seruatum. Quid quod Theseus exigit promissum
 à Neptune, cui cum tres optationes Ne
 ptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti
 filij sui, cum is patri suspectus esset de nouerca,
 quo optato impetrato Theseus in maximis tu
 it luctibus. Quid? Agamemnon cum deuouisset
 Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum na
 tum esset, illo anno immolauit Iphigeniam,

*Alind
ex p. l. o.*
 De Sole &
 Phaëron
 te filio.

De The
 seo & Ne
 ptuno.

De Aga
 memnone
 & filia im
 molata.

qua nihil erat eo quidem anno natū pulchrius,
 promissum potius nō faciendum, q̄ tam tectum
 facinus admittēdum fuit. Ergo & promissa nō
 facienda nonnunq̄, neq; semper deposita reddē
 da sunt. Si gladium quis apud te sana mente de
 posuerit, repetat insaniens; reddere peccatū sit,
 non reddere officium. Quid si is, qui apud te pe
 cuniam deposuerit, bellum inferat patriā, red
 dēne depositum? Non credo. Facies em̄ contra
 Rempublicā, quæ debet esse charissima. Sic mul
 ta, quæ natura honesta vidētur esse, temporibus
 fiunt non honesta. Facere promissa, stare cōuen
 tis, reddere deposita, commutata utilitate fiunt
 non honesta. At de his quidem, quæ uidentur esse
 utilitatis contra iustitiam simulatione pruden
 tiæ, satis arbitror dictum. Sed quoniam à qua
 tuor fontibus honestatis, primo libro officia du
 ximus, in eisdem uersemur, cum docebimus ea,
 quæ uidentur esse utilia, neque sint uirtuti ini
 mica. Ac de prudentia quidem quam uult imi
 tari malitia, itēque de iustitia (quæ semper est
 utilis) disputatum est.

DE FORTITVDINE.

R Eliquæ sunt duæ partes honestatis, qua
 rum altera in animi excellentis magnitu
 dine, & præstantia cernitur, altera in cōforma
 tione & moderatione continentis & temperan
 tiæ. Vtile uidebatur Vlyssi, ut quidā poëta Tra
 gici

*Regula qm
 si Romam
 dimissa: et no*

*Dele. et non
 de. qm. et non. et no*

*Norma
 de cōm. talis
 fonte utiq;*

*Com. h. o.
 p. m. talis
 p. m. p. h. o.*

*Par. sen.
 ad. p. q. u. t. i. a.*

Re. ex. h. o.

*Th. m. m.
 v. h. o. m. f. a. c. i. o.
 l. o. p. t. e. m. p. t. o.*

gici prodiderunt. Nam apud Homerum optimum autorem, talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio eſt, ſed inſimulant eum tragœdiæ ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe. Non honeſtum conſilium. At utile, ut aliquis fortasſe dixērit, regnare, & Ithacæ uivere ocioſe, cum parentibus, cum uoxore, cum filio. An ullum tu decus in quotidianis periculis & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? Ego uero iſtam cōtemnendam & abiiciendam, quoniam quæ honeſta nō ſit, ne utilis quidē eſſe arbitror. Quid em̄ auditurum putas fuiſſe Vlyſſem, ſi in illa ſimulatione perſeuerasſet, qui cum maximas res geſſerit in bello, tamē hec audiat ab Aiace: Cuius ipſe princeps iuriſſurandi fuit, Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem. Furere aſſimulauit, ne quō iret, inſtitit. Quod nī Palamedis perſpicax prudentia, Iſtius percepisſet malitioſam audaciam, Fide ſacratum ius perpetuo falleret. Illi uero non modo cum hoſtibus, uerum etiā cum fluctibus, id qđ fecit, dimicare melius fuit, qđ deſerere ſentientem Græciam ad bellum Barbaris inferendum. Sed omitramus & fabulas, & externa ad rem factam, noſtramq; ueniamus. M. Atilius Regulus, cum cōſul iterum in Africa, ex inſidijs captus eſſet, dūce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autē patre Hanniba-

Vlyſſes, ne ad Troiā iret, furore ſimulauit, agrū prociſiſum ſale ſerens.

Palamedes odoratus illi aſtutiā. filium eius, qđ ſulcus ducendus erat obiecit. Vlyſſes arte aratrum ſuſpenderit. Itaque detecta fraus, cui rei memor Vlyſſes, poſtea Palamedē ſolū crimine natus oppreſſit. Ex tragœdia quapiam ſenarij ſunt.

nibalis Hamilcare, iuratus missus est ad sena-
 tum, ut nisi essent redditi Pœnis captiui nobi-
 les quidam, rediret ipse Carthaginem. Is cum
 Romam uenisset, utilitatis specie uidebat, sed
 eam (ut res declarat) fallam iudicauit. Que erat
 talis, manere in patria, e sine domi suæ, cum uxo
 re, cum liberis, quam calamitatem accipisset in
 bello communem fortunæ bellicæ iudicantem,
 tenere cõularis dignitatis gradum. Quis hæc
 neget esse utilia? Quæ censes? magnitudo animi
 & fortitudo negat. Num locupletiores quæris
 auctores? Harum enim est uirtutum proprium
 nihil extimescere, omnia humana despiciere: ni-
 hil quod homini accidere possit intolerandum
 putare. Itaq; quid fecit? In senatum uenit, man-
 data exposuit, sententiã ne diceret, recusauit,
 quandiu iureiurando hostiū teneretur, non esse
 se senatorem. Atq; illud etiam (ô stultum homi-
 nem dixerit quispiam, & repugnantem utilita-
 ti suæ) reddi captiuos, negauit esse utile. Illos
 enim adolescētes esse, & bonos duces, se iam cõ-
 sectū senectute. Cuius tum ualuisse autoritas,
 captiui retenti sunt, ipse Carthaginem rediit.
 Neq; cum charitas patriæ retinuit, nec suorum.
 Neq; uero tum ignorabat se ad crudelissimum
 hostem, & ad exquisita supplicia proficisci. Sed
 iusiurandum cõseruandum putabat. Itaq; tum
 (inquam) cum uigilando necabatur, erat in me-
 liori

Laudat
confirmat
quint

Redit ad
legem

Amplificatio
magna

simi s.
narratio

nostra

Amplificatio
magna
in fine

verba autem ad fratres

214

M. TVLLII CICERONIS

4. obiectio

Non audi,
erant deli-
genda.
Eclipsis u-
sitata in
sermoni-
bus uulgo
usurpatis.

quantum ille cruciatus? Deinde illud etiā apud
Accium: Fregisti ne fidem? Neq; dedi, neq; do-
infideli cuiq; Quāq; ab impio rege dicitur, lu-
culente tamen dicitur. Addunt etiam, quemad-
modum nos dicamus, uideri quādam utilia que
non sint, sic se uidere dici quēdam honesta, quē
non sint. Vt hoc ipsum uideretur honestum, con-
seruandi iurisiurandi causa ad cruciatum reuer-
tisse. Sed sit non honestum, quia quod per uim
hostium esset actum, ratum esse non debuit. Ad-
dunt etiam, quicquid ualde utile sit, id fieri ho-
nestum etiam si antea non uideretur. Hæc ferē
contra Regulū. Sed prima uideamus. Non fuit
Iupiter metuendus, ne iratus noceret, qui nec
irasci solet, nec nocere. Hæc quidem ratio non
magis cōtra Regulū q̄ contra omnium iusu-
randum ualeat. Sed in iureiurando, non qui me-
tus, sed quæ uis sit, debet intelligi. Est em̄ iusu-
randū affirmatio religiosa: Quod autem afir-
mare & quasi deo teste promiseris, id tenendum
est. Iam enim non ad iram deorum, quæ nulla
est, sed ad iustitiam, & ad fidem pertinet. Nam
preclare Ennius: O fides alma, apta pinnis, &
iusiurandum Iouis. Qui igitur iusiurādum uio-
lat, is fidem uiolat, quam in Capitolio uicinam
Iouis Optimi Maximi (ut in Cætonis oratione
est) maiores nostri esse uoluerunt. At enim ne
iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuisset, q̄

Notitia
obiectio

Constitutio
obiectio

Iusiuran-
dum.

quo consulas
a religione
iusiurandi

Fides in
Capitolio
Ioui pro-
xima.

ut eximie
analogiam

Deos non

hinc inde

obiectio sibi



sibi nocuit ipse Regulus. Certè, si nihil malum ^{Cetè, con-}
 esset, nisi dolere. Id aut non modo nō summum ^{credentis.}
 malum, sed ne malum quidem esse maxima au-
 roritate philosophi affirmant. Quorū quidem
 testem nō mediocrem, sed haud scio an grauiss-
 mum Regulū, nolite quæso uituperare. Quem
 enim locupletiorē quærimus, q̄ principem Poi-
 puli Romani, qui retinendi officij causa, crucia-
 rum subierat uoluntarium? Nam qd̄ aiunt mihi
 ma de malis, id est, ut turpiter potius, q̄ calami-
 tose, an est ullū maius malū turpitudine? Quæ si
 in deformitate corporis habeat aliqd̄ offensio-
 nis, quanta illa deprauatio, & sorditas turpifi-
 cati animi debet uideri? Itaq; neruosius qui illa
 differunt, solum audent malum dicere, id quod
 turpe sit. Qui autē remissius, hi tamen non du-
 bitant summum malum dicere. Nam illud qui-
 dem: Neq; dedi, neq; do fidem infideli cuiq; Id
 circo à poëta dicit̄, quia cum tractaret Atreus,
 personæ seruiendum fuit. Sed si hoc sibi sumūt,
 nullam esse fidem, quæ infideli data sit, uideant
 ne quærat̄ latebra periurio. Est autem etiam
 ius bellicum, fidesq; iurisiurandi sæpe cum ho-
 ste seruanda. Quod enim iuratum est, ut mens co-
 ciperet fieri oportere, id obseruandū est. Quod
 aliter, id si nō fecerit, nullum periurium est. Vt
 si prædonibus pactū pro capite precium nō at-
 tuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id
 non

Cetè, con-
 credentis.

Corne. Iulio
 de q̄q̄.

argumentū
 a minore ad
 maiore.

Corne. Iulio
 Neruosius
 ut Stoici.
 Remissius
 ut Peripa-
 tetici.

Corne. Iulio
 de q̄q̄.

Iustus hoc
 si bus pa-
 cta præliā
 ca latroni
 bus nihil
 oportet.

non feceris. Nam pirata nō est ex perduellium numero definitus, sed cōmunis hostis omnium.

Cum hoc nec fides esse debet, nec iusiurandum commune. Non enī falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur (more nostro) id non facere, periurium est. Scite enim Euripides:

Regulus
In Hippo
lyto coro
nato.

ἡ γλῶσσ' οὐ
ῥημιόμοχ' ἢ
ἄλλ' ὅρῃ αἰ
μῶμοτος.

Regulus
monito.

Regulus
in 9. lib. 1
tom.

Romanus
exercitus
in Caudi
nis furcis
sub iugū
missus à
Samniti
bus.

Iuravi lingua, mentem iniuratam gero.
Regulus uero non debuit conditiones, pactio nesq; bellicas & hostiles perturbare periurio. Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & torum ius feciale, multa sunt iura cōmunia. Quod ni ita esset, nunquam claros uiros senatus uictos hostibus dedisset.

At uero T. Veturius, & Spurius Posthumius, cum iterum consules essent, quia cum male pugnatum apud Caudiū esset, legionibus nostris

sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. Iniussu enim populi, senatusq; fecerant: eodemq; tempore T. Numitius,

Q. Aemilius, qui tum tribuni plebis erāt, quod eorum autoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitum repudiaretur. Atq; huius conditionis ipse Posthumius, qui dedebatur suator & autor fuit. Quod idem multis annis post C. Mācinus, qui ut Numantinis, quibus cum sine senatus autoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationē suasisit eam, quam Lucius Furius, & Sex

tus Attilius ex senatuscōsulto ferebant, qua ac-
 cepta, est hostibus deditus. Honestius hic quā
 Q. Pompeius, quo cum in eadem causa esset, de-
 precante, accepta lex non est. Hic ea quæ uide-
 batur utilitas, plus ualuit quā honestas. Apud
 superiores utilitatis species falsa, ab honestatis
 auctoritate superata est. At non debuit ratum
 esse, quod erat actum per uim. Quasi uero for-
 ti uiro uis possit adhiberi. Cur igitur ad sena-
 tum proficiscebatur, cum præsertim de capti-
 uis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est,
 id reprehenditis. Non enim suo iudicio stetit,
 sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus,
 quod si ipse autor fuisset, captiui profecto Per-
 nis redditi essent, ita incolumis in patria Re-
 gulus restitisset. Quod quia patriæ non utile pu-
 tauit, idcirco honestum sibi & sentire illa, &
 pati credidit. Nam (quod aiunt) quod ualde uti-
 le sit, id fieri honestum, imò uero esse, non fie-
 ri. Est enim nihil utile, quod idem non hone-
 stum, nec quia utile, honestum est: sed quia ho-
 nestum, utile. Quare ex multis mirabilibus exē-
 plis, haud facile quis dixerit, hoc exēplo aut
 laudabilius, aut præstantius. Sed ex tota hac lau-
 de Reguli, unum illud est admiratiōe dignum,
 quod captiuos retinendos censuerit. Nam
 quod rediret, nobis nunc mirabile uidetur, illis
 quidem temporibus aliter facere non potuit.

Itaq;

eo prouocatus occiderat, torque detracto, co-
gnomen inuenit. Cuius tertio consulatu Lati-
ni ad Vesperim fusi, & fugati. Magnus uir in pri-
mis, & qui nuper * indulgens in patrem, idem
acerbus & seuerus in filium. Sed ut laudandus
Regulus in conseruando iureiurādo, sic decem
illi quos post Cānensem pugnam iuratos ad se
natum misit Hannibal in castra redituros, ea
quorum erant potiti Pēni, nisi de redimendis
captiuis impetrauisset, si non redierunt, uitupe-
randi. De quibus non omnes uno modo. Nam
Polybius bonus autor in primis scribit, ex de-
cem nobilissimis, qui tunc erant missi, nouem re-
uertisse, a senatu re non impetrata. Vnum ex de-
cem, qui paulo post egressus erat e castris, re-
disset, quasi aliquid esset oblitus Romae reman-
sisse. Reditu enim in castra liberatum se esse iu-
reiurando interpretabatur. Non recte. Fraus
enim distringit, non dissoluit periuriū. Fuit igitur
stulta calliditas, peruerse imitata prudenti-
am. Itaq; decreuit senatus, ut ille ueterator, &
callidus uinctus ad Hannibalem duceretur. Sed
illud maximū. Octo hominum millia tenebat
Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui pe-
riculo mortis diffugissent, sed qui relictī in ca-
stris fuissent a Paulo & Varrone consulibus.
Eos senatus non cesuit redimendos, cum id par-
ua pecunia fieri potuisset, ut esset insitum militi

Torquati
cognomē.

* Alias qui
per indul-
gens.
Indulgens
quem acer-
bum in se
sic tamen
amauit,
idem filius
securi per-
cussit.

P bus

bus nostris aut uincere, aut emori. Qua quidem
 re audita, fractum animum Hannibalis, scripsit
 idem, quod senatus Populusque Romanus, re-
 bus afflictiis tam excelso animo fuisset. Sic ho-
 nestatis comparatione, ea quæ uidentur utilia,
 uincuntur. Attilius autem, qui Græce scripsit hi-
 storiam, plures ait fuisse, qui in castra reuertis-
 sent, eadem fraude, ut iureiurando liberaretur,
 eosque à censoribus omnibus ignominijs nota-
 tos. Sed huius loci finis sit. Perspicuum est enim
 quæ timido animo, humili, demisso, fractoque
 fiant. Quale fuisset Reguli factum, si aut de ca-
 ptiuis, quod ipsi opus esse uideretur, non quod
 Reipublicæ censuisset, aut domi remanere uo-
 luisset, non esse utilia, quia sunt flagitiosa, & fœ-
 da, & turpia.

L. Manlio Auti.) Exrant pleraque historiarum ex his
 apud Liuium.

DE TEMPERANTIA.

Restat quarta pars, quæ decore, modera-
 tione, modestia, continentia, temperan-
 tia continetur. Potest igitur quicquam utile ef-
 se, quod sit huic talium uirtutum choro contra-
 rium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque An-
 nikerij philosophi nominati, omne bonum in uo-
 luptate posuerunt, uirtutemque censuerunt ob eam
 rem esse laudandam, quod efficiens esset uolupta-
 tis. Quibus obsolescit, floret Epicurus, eiusdem
 Cyrenaici et Annikeris. fere

quæ sunt uirtutes et ex parte de
 uoluptate, et maxime est
 ex parte de uoluptate.

Corruptio ex
 moralibus quæ
 apponitur ad
 hoc præceptum
 caput

inueniuntur
 quæ uirtutes
 de castra

Consequitur
 caput

Horatius
 Manlio Auti. q.
 Manlio. m. m.
 vero. f. f. f.

inueniuntur
 de uoluptate
 caput

De f. f. f.

hæc est
 ex parte
 04
 Cyrenaici
 Epicurei
 ab Aristip-
 po Cyre-
 naico. 105
 Annikerij,

OFFICIORVM LIBER III.

371 of conatu / tale & vi
ribus

Ferè adiutor, autorq; sententię. Cum his uelis, ^{ab Annice}
 equisq; ^{in dicitur} si honestatem tueri, ac retine- ^{re, qui pri}
 re sententia decertandum est. Nam si non mo- ^{orẽ scđã}
 do utilitas, sed uita hominis beata corporis fir- ^{emẽdauit.}
 ma constitutione, eiusq; constitutionis spe ex- ^{• Obsole}
 plorata (ut à Metrodoro scriptum est) contine- ^{tis, id est,}
 tur, certe hæc utilitas, & quidem summa (sic e- ^{obscura-}
 nim censent) cum honestate pugnabit. Nam u- ^{tis.}
 bi primum prudentiæ locus dabitur, an ut con- ^{Velis, ego}
 quirat undique suauitates? Quàm miser uirtu- ^{q; prouet}
 tis famulatus seruientis uoluptati? Quod au- ^{bialiter.}
 tem munus prudentiæ, an legere intelligentur ^{boni}
 noluptates? Fac nihil isto esse iucundius, quid co- ^{et boni}
 gitari potest turpius? Iam qui dolorem summũ ^{hæc re-}
 malum dicat, apud eum quem habet locum for- ^{Nota}
 titudo, quæ est dolorum laborumq; cõtemptio? ^{Reppho}
 Quàmuis enim multis in locis dicat Epicurus ^{qui o magis abscondit}
 (sicut hic dicit) satis fortiter de dolore, tamen ^{an a bono}
 non id spectandum est, quid dicat, sed quid con- ^{fla cogitat.}
 sentaneum sit ei dicere, qui bona uoluptate ter- ^{Definitio for-}
 minauerit, mala, dolore, ut si illum audiam de ^{uitæ & a}
 continentia & temperantia. Dicit ille quidem ^{for ali.}
 multa multis locis, sed aqua hæret (ut aiunt.) ^{quod est abscondit}
 Nam qui potest temperantiam laudare is qui ^{qm dixerit vo-}
 ponat summum bonum in uoluptate? Est autẽ ^{luptate et p-}
 temperantia libidinum inimica. Libidines autẽ ^{um boni, et}
 confectatrices uoluptatis. Atq; in his tamẽ tri- ^{dolore et p-}
 bus generibus quoq; modo possunt, nõ incallide ^{Agna hæ-}
 P 2 tergi- ^{ret.}

Reppho.

et fallit

212

M. TVLLII CICERONIS

Expositio.

Definitio
apud Epicurum

terguerantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem uoluptates, depellentem dolores. Fortitudine quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendae mortis, perpetiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim uoluptatis magnitudinem, doloris detractiōe finire. Iustitia uacillat, uel iacet potius, omnesque hae uirtutes, quae in communitate cernuntur & in societate generis humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec communitas esse potest, non plus quam amicitia, si haec non per se expetatur, sed ad uoluptatem utilitatemue referantur. Conseramus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quae honestati esset contraria, sic omnem uoluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calpionem, & Dinomachum iudico, qui se dirempturos controuersiam putauerunt, si cum honestate uoluptatem, tanquam cum homine pecudem copulauissent. Non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec uero finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, is ex dissimilibus rebus misceri & temperari potest. Sed de hoc haecenus. Magna enim res, alio loco pluribus uerbis disputata, nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando ea, quae

tate
De finibus
bonorum &
malorum.

Expositio

quæ uideretur utilitas, honestati repugnat, diu
dicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin
autem speciem utilitatis etiam uoluptas habe
re dicatur, nulla potest esse ei cum honestate cō
iunctio. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati,
condimenti fortasse nonnihil utilitatis certe ni
hil habebit.

Aristippo Cyrenaici. Aristippus Cyrenaicus fuit.
Inde nomen sectæ fuit. Et Annicerij dicti sunt ab An
nicere Cyrenaico.

PERORATIO OPERIS.

Habes à patre munus Marce fili, mea qui
dem sententia magnum, sed perinde erit
ut acceperis. Quam & hi tres libri inter Cra
tippi commentarios, tanq̃ hospites erunt reci
piendi. Sed ut si ipse uenissem Athenas (quod
quidem esset factum, nisi me è medio cursu cla
ra uoce patria reuocasset) aliquando me quoq̃
audires, sic quoniam his uoluminibus ad te pro
fecta uox mea est, tribues his temporibus quā
tum poteris, poteris autem quātum uoles. Cum
uero intellexero te hoc scientiæ genere gaude
re, tum & præsens tecum propediem (ut spero)
& dum aberis, absens loquar. Vale igit mi Ci
cero, tibiue persuade, te mihi quidem esse cha
rissimum, sed multo fore chariorem, si talibus
monumentis, præceptisq̃ lætabere.

MARCI TVLLII CICERONIS

Officiorum III. libri

FINIS.

P 3 MAR

IN III LIB. OFFICIORVM

ANNOTATIONES IN TER-
tium librum Officiorum.

SI discendi labor.) Discendi noue dixit pro discere.

61 Ea efficiens est utilitatis.) Cupiens uoluptatum
& similia satis in usu sunt, hoc ut minus uisatum an-
notare uisum est.

62 Conuenienter naturæ uiuit.) Verbi casum addi-
dit aduerbio. Id tamen apud Græcos usitatus est, &
apud Latinos.

63 Progressione discendi.) Progressionē dixit pro-
fectum. Rursus numero sexagesimo quinto. Si qua ad
uirtutem facta est progressio. Ingressus initium est,
progressio profectus.

64 Est alibi citatum.

65 Aliter enim teneri non potest.) Aliter rursus
propemodum posuit pro alioqui.

66 Respublicę cōtinentur.) Continētur dixit, pro
constant, nam aliter continetur, quod comprehenditur
aut inclusum est.

67 Ex quo efficitur.) Efficitur dixit, pro colligitur
argumentis.

68 Humana consociatio.) Consociandi uerbo for-
tasse timuissimus uti, ni Cicero usurpasset.

69 Violare alterum.) Græcorum more usurpauit
uiolandi uerbum, non pro uim inferre. sed pro iniu-
riam facere, præter ius, Græci dicunt ὀφειλόμενον, & ὀφειλόμενον,
non solum uim, uerum etiam iniuriam, aut contume-
liam uocant.

70 Consilium eius peremisset.) Noue usus est uer-
bo perimendi, nisi fortē mendum subest, & legendum
est præuenisset.

71 Deos hominesq; cēlare possumus.) Cēlamus eos
aliquid, quibus clām esse uolumus, quod agimus.

72 Minime male illi quidem.) Peculiare est Cicero
ni, ad hunc modum coniungere, quidem & illi: Quod
ut apud hunc frequens est, ita haud scio, an apud quen-
quam uetustiorum repeririatur.

73 Est alibi citatum.

ERASMI ROT. ANNOTATIO.

74 Hoc animo inter se fuisse.) Vt dicimus, nouimus inter nos, amant inter se, id est, alter alterum. Ita hic dictum est, hoc anno fuisse inter se, pro utrunque in alterum.

75 Eosq; exterminant.) Rursus exterminat dixit, pro e finibus suis eiciunt, quod Latini interpretes ferè usurpant pro perdunt.

76 Orationis uanitatem.) Vanitatem dixit, ut pugnet cum ueritate, cum uulgo putemus uanitatē esse ractantiam, fortassis ob id quod ferè mentiantur multa gloriosi.

77 Argentariam faceret.) Vt dicitur quæstum facere, qui negociat, ita argentariā facere dixit Cicero.

78 Nomina facit.) Nomina facit, qui se debitore cōstituit, unde & bonæ fidei debitores, bona nomina dicuntur.

79 Semel indicaretur.) Indicare dixit æstimare. Id annotandum putauimus, quod in omnibus quos uiderim libris comperimus deprauatum iudicaret.

80 Vt etiam si minoris.) Vt, hic habet significationem exempli, cōfert enim factum cum facto. Qui plus emit cum licuisset minoris emere, uir bonus est iudicatus, at non sapiens. Perinde esset si minoris uendi disset, quod potuisset plus uendere. Hoc admonere uisum est, quod hunc locum compererim, in multis exemplaribus uitiatum, nec à commentariorum scriptoribus aliquid lucis adduci.

81 Proscripsit insulam.) Proscribitur homo, qui damnatur hoc genere damnatiōis. Proscribitur domus aut alia res, quæ uenalis scripto proponitur. Et insulam uocat domum undique semotam ab alijs ædibus, quales ferè sunt magnatum.

82 Societas est enim.) Subinde occurrit apud Ciceronem, ut enim ponatur tertio loco, praesertim cum adest uerbum, est.

83 Interior eorum.) Interiorem dixit conuentiorē, unde & intime conuincti dicuntur, qui arctissima necessitudine copulati sunt.

84 Testamentarij.) Qui supponunt testamēta, aut alioqui fraude inuadunt.

85 Vinculis & carcere castigandi.) In nōnullis exemplaribus, pro castigandi habebatur fatigandi.

86 Ab hoc nulla fraus aberit.) Reciprocauit loquēdi formam. Nam dicimus, non abest à suspicione fur-
ti, hic dixit, ab hoc nulla fraus aberit.

87 Est alibi citatum.

88 Perficiat ut ueros hæredes.) Rursus perficiat dixit pro efficiat, siue faciat.

89 Est alibi.

90 Est alibi.

91 Non ita magnum.) Ac mox, non ita turpe. Ita tantum habet epirasim, nihil aut illi respondet, quod genus est cum dicimus: Ita sum hominem expertus, ut denuo nolim experiri.

92 Quidē qui omnia recta.) Quid separandum est à sequenti sermone quod expergefacit lectorem, ut ante monstrauimus.

93 Nam si uiolandum est.) Duo senarij sunt, tamen si Cicero non seruat in his legem, quam Græci Tragi ei seruant. Porro in secūdo uersu, aut uerbum est, elidendum est, aut in coniunctio, ut constet metri ratio.

94 Multi iniqui atq; infideles.) Trochaicus est tetrameter catalecticus, nisi quod duæ postremæ distichones in omnibus quæ uiderim, exemplaribus erant transpositæ, boni sunt, pro sunt boni.

95 In maxima gratia.) In precio esse utilissimum est, in honore esse, itidem: In gratia & gloria esse, non perinde uisitatū, eoq; annotauimus, ne quis ita uereatur loqui, cum Ciceronem habeamus autorem.

96 Si præmium ei proposuit.) Videbatur hic sermo magis requirere pronomen reciprocum, si præmium sibi proposuisset, sed uitasse uidetur amphibologiam. Nos in huiusmodi locis serè solemus uti ipsi.

97 Præfraete defendere.) Cicero præfraetos uocat, qui à sententia nō possunt abduci, quos, ni fallor, Græci uocant ἀνίστασθαι præfraete pertinaciter. Hoc annota-
uit.

ni, quod eruditi quidam contēderint has uoces nō esse Latinas.

98 Stare conuentis.) Pro seruare pacta. Inusitatus quod dixit Vergilius: Manere dictis, apud Græcos mollius est ἡμῖν.

99 Et Ithacæ uiuere ociose.) Opinor Ithacam hic usurpari pro urbe eius insulæ, alioqui mirum nō addidisse præpositionem, neque enim permetteret hic sibi Cicero, quod permisit Vergilius: Deuenēre locos ἑστος, & cætera.

100 Cuius ipse princeps.) Sex senarij sunt, q̄s oportet in exemplaribus distinguere. Cuius hic non efficit nisi unicam syllabam, quemadmodum apud Terentium: eius, deos, monosyllaba sunt ubique. Et istius, si mili contractione fit dissyllabum, & percepset legendum, pro percepisset.

101 O fides alma.) Trochaicuse est tetrameter catalecticus. Aptum dixit, undique concinnatum, ut Vergilius: Stellis ardentibus aptum. Cum quid ita contextum est gemmis aut similibus, ut inter sese contingant, nam ab ἀπόμενος Latina uox ducta uidetur.

102 Alibi citatum.

103 Iniussu enim populi.) Iussu tuo, iniussu tuo, iussus feci, iniussus fecisti.

104 Fœdus fecerat.) Inire fœdus, ictū fœdus, pactū fœdus, ferire fœd⁹, percussū fœdus, usitatiores sunt, quàm facere fœdus, & ob id annotare uisum est.

105 Efficiens uoluptatis.) De quo & ante annotauimus.

F I N I S.

P S

QVAE